

Au monstre ! – p. 31

Regulus in Africam primus Romanorum ducum trajecit. Cum hominibus non solum, sed etiam cum monstris pugnavit. Nam cum ad flumen castra haberet, anguis maximus exercitum Romanum vexabat. Multos milites magno ore corripuit ; plures caudae verberare elisit ; nonnullos halitus afflatu exanimavit. Romani anguem machinis et balistis interfecerunt. Sed cruore ejus flumen et vicina regio infecti sunt. Romani castra movere coacti sunt. Corium anguis centum et viginti pedes longum Romam misit Regulus.

D'après LHOMOND, *De Viris*.